



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118537

§. 65. Nova præcepta a Calvino Genevæ stabilita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

Sæc. XVI. „ lium contemnunt, cuius unicus sco-
 A C. 1550. „ pus est fides in Christum, & vita æter-
 „ na, quæ illius est fructus, hi, inquam,
 „ subrogant hominum adinventiones
 „ & doctrinas, quæ animum ad crea-
 „ turas convertunt, ac plurimum a re-
 „ cto affectu avertunt. XXI. Nisi finis
 „ electi, vocati, atque justificati, non
 „ possumus obedire voluntati divinæ.
 „ XXII. Per fidem vivam possumus,
 „ ac debemus esse persuasi, ac penitus
 „ certi, quod nihil nobis deesse valeat,
 „ nec Deus quicquam nobis denegare
 „ possit. „

§. LXV.

*Nova præcepta a Calvino Genevæ
stabilita.*

Theod. Beza Interea hæresis in variis Provinciis al-
in vit. Calv. tiores egerat radices, seque latius
hoc ann. diffundebat; quippe Calvinus Genevæ
 a nemine præpeditus hoc anno præce-
 pit, ut Ministri non modo in publicis
 suis sermonibus, qui non solum ab au-
 ditoribus, sed ab ipsis etiam Præconi-
 bus plurimum fuerant neglecti, sed
 etiam in privatis ædibus, ac familiis po-
 pulum statis anni temporibus novâ hæc
 doctrina imbuerent, ac domos accede-
 rent, quodam urbis Tribuno eos comi-
 tante, ut eo opportunius a quolibet ex-
 actam

actam suæ doctrinæ, ac fidei rationem haurire possent. Præterea statuit, ut præter dies dominicos totius anni, nec non Nativitatis Dominicæ festivitatem nulli alii dies festi celebrarentur: ast id non paucis tantæ fuit offensionis, ut non deessent quamplurimi, qui ad invidiam Calvino accersendam divulgarent, quod etiam dies Dominicos abolere intenderit: alii vero querebantur, quod hoc statutum condidisset ex proprio arbitrio, ac minime convocato ceterorum Ministrorum confessu. Verum Calvinus de hac objurgatione parum anxius, rem acrius urgere destitit; cum enim ejus auctoritas Genevæ ceteris omnibus præstaret, facile ejus sententia prævaluit.

Sæcul. XVI.
A.C. 1550.

§. LXVI.

Altercatio inter ipsos Lutheri Sectatores circa bona opera

Hoc anno inter Lutheri asseclas re-
crudere diffidia circa necessitatem
bonorum operum. Hisce diffidiis ansam
præbuit Caroli V. Decretum *Interim* di-
ctum, quod juxta Orthodoxæ fidei doctri-
nam statuit, quod piæ actiones ad salu-
tem sint necessariæ. Præprimis Georgius
Major natione Germanus, ac Protestan-
tium Minister, qui die vigesima quinta

*Burchol. in
indic. chrono.
Melchior A-
dam in vit.
Theo. Germ.
Spond. ad
ann. 1551.*

R 3 Aprilis